



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris  
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,  
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,  
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,  
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &  
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:  
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia  
illustrata: facundissimis ...

**Beda <Heiliger>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1688**

Bedæ Presbyteri Præfatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72031)

BEDÆ PRESBY-  
TERI PRÆFA-  
TIO.

**A**RTIVM Donati liber ita à plerisque viriatus est & corruptus, dum unusquisque prohibitu suo, sive ex aliis Auctioribus, quod ei visum est, addidit: sive declinationes aut conjugationes, & ceterum huiusmodi inseruit: ut nisi in antiquis codicibus, vix purus & integer, ut ab eo est editus, reperiat. Quod ne nos quoque fecisse videamur, qua ex causa præsens digesserimus Opusculum, breviter in eliminari paginola exponendum esse censuimus. Noverunt omnes qui Artis huius ampliorem, quam nos scientiam affectu sunt: quod priorem artem prædictus artigraphus ob instructionem puriorum, sub interrogationis & responsionis specie descripserit, prout scilicet ingenij & studij sui temporis sufficere iudicavit. Verum quia nos nostrisque similes adeo obvisi sumus & hebetes, ut plerumque, quod regulariter vel interrogare vel respondere possit, ignoremus: libellum hunc, sicut parvitatem sensus nostri collegimus, acutioribus quidem & capacioribus minime necessarium, simplicioribus verò & minus promptis (quantum existimamus) utilem, in quo & ordinem præfati artigraphi tam in rogando, quam in respondendo tenuimus, & probationes quasdam parvulus & incipientibus necessarias ex latere copulavimus, & cetera quæ huiusmodi instructio expetere videbatur. Quatenus parvuli bonæ indolis ad istius Artis se studium conferentes, ea de quibus interrogari essent & responsuri, ipsi sibi aliquatenus probare, & probando facilius invenire possent: & hoc quasi ludo exercitati, & exercitio excitati, ad maiora & pleniora capienda fierent promptiores.

CUNABULA GRAM-  
MATICÆ ARTIS DO-  
NATI ABEDA

R E S T I T U T A .

L I B E R P R I M U S .

**A**RTE orationis quot sunt? Octo. Quæ? Nomen, Pronomen, Verbum, Adverbium, Participium, Coniunctio, Præpositio, Intersectio. Donatus quæ pars Orationis est? Nomen. Nomen quid est? Pars orationis cum casu, corpus autem propriè communiterve significans. Nomini quot accidunt? Sex. Quæ? Qualitas, Comparatio, Genus, Numerus, Figura, Casus. Qualitas nominum in quo est? Bipartita est: aut enim unius nomen est, & Proprium dicitur, aut multorum, & Appellativum est. Hoc nomen, proprium an appellativum? Proprium. Undè hoc probas? quia non multorum, sed unius est. Grammaticus est proprium an appellativum? Appellativum. Undè hoc probas? Quia non unius, sed multorum est comparationis. Gradus quot sunt? Tres. Qui? Positivus, ut doctus: Comparativus, ut doctior: Superlativus, ut doctissimus. Quæ nomina comparantur? Appellativa duntaxat qualitatem aut quantitatem significantia. Donatus comparatur aut

non? Non. Undè hoc probas? Quia Propria nomina minime comparantur. Bonus comparatur an non? Comparatur. Undè hoc probas? Quia & Appellativum est, & qualitatem significat. Quomodo? Ut bonus, melior, optimus. Magnus comparatur, an non? Comparatur. Undè hoc probas? Quia & appellativum est, & quantitatem significat. Quomodo? ut magnus, major, maximus. Scylus comparatur an non? Non. Undè hoc? Quia licet appellativum sit, nec qualitatem tamen, nec quantitatem significat. Genera Nominum quot sunt? Quatuor. Quæ? Masculinum, ut hic magister: femininum, ut hæc Musa: Neutrum, ut hoc scammum: commune, ut hic & hæc sacerdos. Est præterea rium generum, quod Omne dicitur, ut hic & hæc & hoc felix. Est & Epicenum, id est, promiscuum, ut passer, aquila. Dona us, cuius generis nomen est? Masculini. Undè hoc? Quia numero singulari, casu nominativo pronomen ei vel articulus præponitur hic. Quomodo? ut hic Donatus. Grammatica, cuius generis nomen est? Feminini. Undè hoc? Quia numero singulari, casu nominativo pronomen ei vel articulus præponitur hæc. Quomodo? ut hæc Grammatica. Scammum, cuius generis nomen est? Neutri. Undè hoc? Quia numero sin-